



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118537

§. 109. Pontificis epistola ad Helvetios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæcul. XVI.
A C. 1551.

tissimum nomine, quod Imperator Germaniæ Protestantes in Synodo audiri, impense peteret. Ceterum proxima Sessio confluentium numero haud adeo conspicua fuisset, nisi Moguntinus, & Trevirensis Archiepiscopi, ac S. R. L. Electores advenissent; horum enim præsentia quamplurimos alios Germaniæ Prælatos alliciebat.

§. CIX.

Pontificis epistola ad Helvetios.

Sleid. comm.
l. 22. p. 811.
Thu. hist. l. 8
Raynald hoc
ann. n. 10.

Illo temporis intervallo, donec Sessio duodecima celebraretur, interea Cæsar die decima tertia Maji bellum Parmensi Duci nuntiabat, Pontifex vero die vigesima secunda ejusdem Mensis Hieronymum Francum, qui olim regnante Paulo III. legatione fungebatur, rursus in Helvetiam decernebat, eique literas amoris affectu plenas consignabat hunc in modum scriptas: *Sicut Julii II., qui in magna charitate vos complexus est, nomen mihi sumpsit, ita etiam in vobis diligendis exemplum illius, atque vestigia ad imitandum proposui: adhuc quidem variis, atque gravissimis reipublicæ distento negotiis non mihi licuit studium animi mei declarare, sed tamen vestrorum retinui memoriam constantem: idque ex duabus potissimum rebus apparet: primum, quod ad mei corporis custodiam*

ex

ex ea gente satellitium in urbe delegerim, de- Sæcul. XVI.
 inde, quod idem quoque fecerim Bononice, A C. 1551.
 confisus vestra, & industrice, & fidelitati:
 nunc autem, quando est indictum, & nu-
 per ad Maji calendas inchoatum Tridenti Con-
 ciliium, scribendi data ad vos occasio est: cum
 igitur ad tam pium opus, atque necessarium
 adjuvandam, magni sit vestrum futura mo-
 menti conjunctio, plurimum hortor, ut qui
 sunt per vestros fines, atque ditionem Pro-
 ceteros Ecclesiastici, ne desint, sed ad alterum
 ibi confessum, calendis Septembris adsint: re-
 liqua ex Hieronymo Francho, Equite, &
 Legato meo, cujus & fides, & diligentia
 est vobis a multis nunc annis explorata, co-
 gnoscetis: deinde, quia mihi negotium hoc
 magnopere est cordi, non multo post tempo-
 re mittam aliquem e meis intimis Episcopis,
 qui de Concilii rebus vobiscum agat prolixius.

Verum hæc Pontificis Legatio op-
 tato caruit successu; Morletus enim, qui
 apud Helvetios Galliarum Regis Lega-
 tum agebat, tam efficaci conatu resti-
 tit, ut Francus nihil eorum, quæ Pon-
 tifex petebat, impetrare possit.

§. CX.

*Philippus Cæsaris Filius Tridenti
 exceptus.*

Exeunte Mense Majo Philippus Archi- *Pak. l. II. c.*
 dux Austriæ comitante illum Maxi- *15. n. I. & 2.*
 milia- *Sleidan. l. c.*